


PRECATI-ones priuatę. Regiæ

E. R.

1563.

53..76

Preparationes ad Preces.



Aratũ cor meũ Deus, paratum cor meũ: can=tabo & psallam in gloria mea.

In multitudine misericor=diæ tuæ introibo in domũ tuã, adorabo ad templum sanctũ tuũ, in timore tuo

Dirigatur orõ mea, sicut

incensum in conspectu tuo, eleuatio manuū mearū, sacrificiū vespertinum,

Apud me orō Deo vitæ meæ, dicam deo susceptor meus es tu.

Quare tristis es aīa mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniā adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & deus meus.

Quemadmodū desyderat

Ceruus ad fontes aquarum: ita anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, quãdo veniã & apparebo ante faciem dei.

Confitebor tibi in populis dñe, et psallam tibi in nationibus.

Vespere, mane, et meridie, narrabo et annũciabo, tu deus exaudi vocem meã.

Quia magna eſt ſuꝑ Cœ-
los miſericordia tua, & vſq;
ad nubes veritas tua,

Sedes tua, Deus in ſeculū
ſeculi: virga directionis, vir-
ga regni tui.

Exaltare ſuꝑ Cœlos Deus
et ſuꝑ omnē terram gloria
tua, vt liberētur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua, &
exaudi me.

Benedicam te in vita mea,

& in

& in nomine tuo leuabo manus meas.

Sperabo in dño et in misericordia altissimi non cõmouebor.

Ecce oculi dñi super metuentes eũ:& in his qui sperant, sup misericordia eius.

In quacunqꝫ die inuocabo te, exaudi me,multiplicabis in anima mea virtutem.

Qui das salutem Regibus

qui redemisti Dauid seruum tuũ, de gladio maligno eripe me.

Qui diligis iusticiã, & odisti iniquitatem.

Adornasti omnes reges: omnes gẽtes seruiant tibi.

Concupiscã ipsa decorem tuũ, quoniam tu Dñs Deus meus, & te adorabo.

Memor ero nominis tui in omni generatione in generatio-

rationē, et populi cōfitebū-
tur tibi in eternum, et in ſe-
culū ſeculi.

Verſiculi.

Ante orationes prepara a-
nimam tuam.

Et noli eſſe, quaſi homo
qui tentat deum.

Turris fortiſſima, nomen
domini.

Ad ipſam currit iuſtuſq;

exalta-

exaltabitur.

Prope eſt dн̄s. oı̄bus inuocantibus eum.

Inuocātibus eū, in veritate.

Tu es ipſe Rex meus, et Deus meus.

In te ſemp̱ ſperabo.

Collecta.

DOminator Domine, Deus omnipotens, Pater miſericordiarū, deus omnis

gratię qui fecisti me, ad tui imaginem, vt te laudarē, me etiam (ꝑ filium tuū Iesum Christum redemisti) vt te agnoscerē. Effunde super me viscera misericordiæ tuæ, vt inueniat Ancilla tua cor ad orandū te, & os ad nunciā=dū laudes tuas, indue spiri=tu tuo sancto, vt meis desi=derijs spretis, quæ tibi placeant, ac tuæ gloriæ inseruire
possint,

possint, supplex petam. De preparato Habitaculo tuo respice sup me Ancillam tuam, et exaudi orationē meā. Illumina vultū sanctū tuum, vt tibi seruiens cognoscam in terra viam tuā, quæ deducat me ad te. Tui desiderio accende cor meum, vt te super oïa, et in omnibus queram, Diligā te qui Fortitudo mea, refugiū meū, ac

liberator meus es, timeam maiestatē tuā, qui solus potens es, et faciens mirabilia, firmetur sapientia tua in animo meo, quæ me doceat tuam voluntatem, & legem tuā in medio cordis mei scribe, quæ me dirigat in omnibus vijs tuis. Tu Rex Cœli et terræ, Rex Regū Rege me ancillam tuā, ac vni uersum populū tuum mihi cōmissū,

missũ, gratia tua vt in oĩbu
parati ſimus, ad tuam glori
am predicandũ ac agnoſcẽ
dũ tuum ſummũ Imperiũ.
per Ieſum Chriſtũ. Amen

Pro peccatorum venia.

MIſerere mei Deus, m
ſerere mei, ſecundu
magnã miſericordiam tuã
Et ſecundũ multitudine
miſerationũ tuarũ, dele in
quit

quitatem meā.

Amplius laua me ab in-
iquitate mea, et a peccato
meo munda me.

Vſquequo domine obliui-
ſceris me in finē, vſquequo
auertis faciem tuam a me.

Iniquitatem meā ego cog-
noſco, et peccatum meū cō-
tra me eſt ſemper.

In te ſolū peccaui, et malū
coram te feci, vt vincas cum
iudica-

iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus concepta ſum, et in peccatis cõcepit me mater mea.

Recordare Domine, quoniã puluis ſum, et dies mei, tanq̃ flos agri, ſic effloreſcẽt.

Miſericordia tua ab æterno vſque in ęternum ſuper eos qui timent te.

Auerte faciẽ tuam a peccatis meis, et omnes trãſgreſ

ſiones meas, dele.

Delicta iuuentutis meę, ac ignorantias meas ne memineris.

Secundum miſericordiam tuã memento me: propter bonitatẽ tuam domine.

Prauũ cor hominis ab initio: nec eſt homo qui non peccet.

Cor mundum crea in me Deus ac ſpiritũ rectũ inno-

ua in visceribus meis.

Ne proijcias me a fac
tua, et spiritū sanctum tu
ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salu
taris tuj: et spiritu princ
palj confirma me.

Reminiscere miseration
tuarū dn̄e et misericordiar
tuarū quæ a seculo sunt.

Erraui sicut ouis quæ pe
rijt, quęre Ancillā tuā Dn̄

sacr

Sacrificiũ tibi ſpiritus cõtri- bulatus, cor contritũ et hu- miliatũ Deus non deſpicies.

Propter nomẽ tuum dñe propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.

Greſſus meos dirige ſecũ- dum eloquium tuum: et nõ dominetur mei omnis in- iuſtitia.

Faciem tuam illumina ſu- per Ancillam tuam, et doce

me iuſtificationes tuas.

Suauis Dominus vniuerſis, et miſerationes eius, ſuper oĩa opera eius.

Verſiculi.

Ne intres in iudiciũ, cum Ancilla tua.

Quia non iuſtificabitur, in cõſpectu tuo oĩs viuens.

Si iniquitates obſeruaueris domine.

Domine

priuatę.

Domine, quis ſuſtinebit?
Ab ocultis meis mũda me:
Ab alienis parce Ancillę tuę
Dimiſſa ſunt ei peccata
multa.
Que diligit multum.

Collecta.

MIſericors Deus, ac cle-
mẽtiſſime pater, pati-
ens, & multæ miſerationis,
ac verax, qui non vis mor-
tem peccatoris, ſed vt cõuer

 tatur.

tatur, et viuat. Cor mundū
crea in me, O Deus, quod et
tuam miſericordiā, & meā
miſeriam vere agnoſcat. Tu
enim Deus meus et Rex me
us, Ego Ancilla tua, & opus
manuum tuarum, Ad te igi=
tur, flecto genua cordis mei
Confiteor aduerſum me im=
pietatē meam. Peccaui, pec=
caui, pater, in cœlum et co=
ram te, minor ſum cunctis

miserationibus tuis, Non custodiui fœdus tuum nec ambulaui in lege tua, Dereliqui te deũ factorẽ meũ, recessi a te saluatore meo. Aberraui a tuis consilijs. Ne facias mihi iuxta peccata mea & secundũ iniquitates meas, ne reddas mihi. Auertatur obsecro ira tua a me, & fac vt inueniam gratiam in occulis tuis secundum

magnitudinem misericordiæ tuæ, vincat tua bonitas meam malitiam, Superet peccata mea, tua patientia. Quoniam deus miserationum & longanimis es tu. Tibi domine iustitia, et misericordia & propitiatio, mihi autem cõfusio faciei meæ propt̃ iniquitates meas, remitte vniuersa dilecta mea propter nomem sanctum tuum

tuum. Da cor penitens, qui dissimulas ad peccata homi num propter penitentiam.

Dic anime meæ: salus tua ego sum, propicius esto (cle= mētissime pater) tum mihi, tum populo tuo mihi com= misso, qui in sola tua mise= ricordia, ac bonitate confi= dimus, cōcede deinceps non offendere tuā maiestatē: sed tibi viuere, in sāctitate et iu= stitia

ſtitia, omnibus diebus vite noſtre p̱ miſericordiā tuam in Chriſto Ieſu. Amen.

Gratiarum actiones.

EXaltabo te, Deus meus Rex, ac benedicam nomini tuo, in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Per ſingulos dies benedicam tibi, et laudabo nomen

tuum, in sæculum, et in sæ-
culū sæculi.

Magnus Dominus et lau-
dabilis nimis et magnitudi-
nis eius, non eſt finis.

Generatio ac generatio lau-
dabit opera tua, ac potenti-
am tuam pronunciabunt.

Confiteātur tibi Dn̄e om-
nia opera tua: et ſancti tui
benedicant tibi.

Gloriā Regni tui dicent,
et

et potentiã tuam loquẽtur.

Regnum tuum, Regnum omnium ſeculorũ, et dominatio tua, in omni generatione, et generationem.

In virtute tua letentur Reges, et ſuper ſalutare tuum, exultent vehementer.

Omnes Principes adorẽt te Domine, et omnes gentes laudem dicant tibi.

Cõfitebor tibi in toto corde meo:

de meo: ſuper miſericordia tua et veritate tua.

Benedic anima mea Dño, et omnia quæ intra me ſũt, nomini ſancto eius.

Benedic anima mea Domino: ac noli obliuiſci, omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vi-

tam tnam, qui coronat te, in miſericordia et miſerati= onibus.

Qui replet in bonis deſy= deriũ tuũ, renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens miſericordias Dñs et iudicium omnibus iniu= riam patientibus.

Miſerator et miſericors Dominus, patiens et multũ miſericors.

Quomo=

priuatę.

Quomodo miſeretur pa=
ter filiorũ : miſertus eſt do=
minus, timentibus ſe.

Tu domine, es protector
meus et ſuſceptor meus, in
quo ſperaui, qui ſubdis po=
pulum meum ſub me.

Deus meus et gloria mea,
deus patris mei, et exalta=
tio mea.

Præueniſti me, in benedi=
ctionibus dulcedinis, poſu=

iſti

ſti in capite meo coronam, de lapide prætioſo.

Propter hoc, cõfitebor tibi in nationibus, et nomini tuo pſalmum dicam.

Cantabo Domino in vita mea, pſallã Deo meo quã=diu ſum.

Verſiculi.

Lauda anima mea dominũ.

Laudabo dñm in vita mea, Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam,

Regnũ

priuatę.

Regnum ipsius omnibus dominabitur.

Dextera tua Domine fecit virtutem.

Dextera tua exaltat pricipes

Timeant gentes nomen tuum Domine.

Omnes Reges terræ gloriam tuam.

Collecta.

DOmine Deus misericordie, Rex meus ac

 populi

populi mei, Confitebor no
mini tuo magno, quoniam
adiutor et protector factus
es mihi. Collaudabo te De=
um ſaluatorem meum, qui
liberaſti corpus meũ a per=
ditione, ac eruiſti me de ma=
nibus quærentium animam
meam : manus tua (Deus)
conſeruauit me de tempore
iniquo, tua gratia, reſpexit
me, a iuuentute mea, et ad

hoc

hoc tuum Regnum miracu-
loſe erexit.
Quæ ego ſum? domine de-
us, aut quæ Domus Patris
mei? vt faceres nobiſcū mi-
ſericordiam hanc magnam.
Tu facis pacē in diebus me-
is, pugnauit pro me et meo
populo, aduerſus oēs inimi-
cos noſtros, tuum Brachiū
cum potentia. Dediſti legem
tuam ſanctā vt timeremus

 te,

te, ac a vijs erroris deduce-
res nos ad vias rectas. Infi-
nita ſunt tua diuina benefi-
cia, Imple gratia tua (beni-
gniſſime pater) vt ne obli-
uiſcamur retributiones has
multas, ſed nomen tuū ſan-
ctum magnificemus in om-
nibus, laudationem tuam
ſemper loquatur os meum,
et populus meus tibi bene-
dicat in perpetuū, vt ſciant

omnes

omnes, quia tu ſolus Deus, nec eſt alius preter te, qui vna cum Filio, et ſancto ſpiritu, regnas, immortalis, im mēſus et glorioſus deus in ſecula. Amen.

Precationes pro Regno.

Qvi regis Iſrael intende, qui portas in ſinu tuo populū tuum.

Excita potentiam tuam,& veni vt ſaluos facias nos.

Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuā, et ſalui erimns.

Vias tuas domine demon=ſtra mihi,& ſemitas tuas e=doce me.

In corde meo abſconde e=loquia tua, vt non peccem tibi,

Da mihi intellectum ſcru=

tari legem tuam, & cuſtodi-
re illam in toto corde meo.
Principes terræ congregē-
tur & conueniant in vnum:
vt videant gloriam tuã ad-
mirabilem.
Quis ſimilis tui in fortibus
Domine? quis ſimilis tui,
magnificus in ſanctitate ter
ribilis, ac faciens mirabilia.
Tu es ipſe Dominus vir-
tutum, tu Rex gloriæ,

Confiteantur tibi omnes Reges terræ, & audiant verba oris tui,

Tu es ipſe rex meus & deus meus, cui pſallam in omni vita mea.

Dirige me in veritate tua, & doce me ſemitam mãdatorum tuorum,

Deduc populum meũ in iuſticia tua, propter inimicos meos, dirige in cõſpectu

tuo vias meas:

Inueniat manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Esto adiutor oportuno tempore, qui saluos facis rectos corde.

Domine scuto bonæ volũtatis tuæ, corona me.

Esto mihi turris fortitudinis, a facie inimici.

Tu dominus deus noſter: nos tuus populus quem elegiſti in hæreditatem tibi.

In te letetur cor meum,& in nomine ſancto tuo ſperabo.

Gloria mea in ſalutare tuo: decorem tuum impones ſuper me.

Qui paras in iudicio thronum tuum, et iudicas orbē terræ in æquitate.

Iuſti-

Iuſtitiam tuam mihi da, iudicare populum tuum in iuſticia, et pauperes tuos in iudicio.

Ego in te ſperaui domine, dixi deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.

Illuſtra faciem tuam ſuper. Ancillam tuam, non confũdar, quoniam inuocaui te.

Verſiculi.

Domine ſaluam me fac Ancillam tuam.

Et populum tuum mihi commiſſum.

Seruiamus tibi in timore, et exultemus cum timore.

In virtute tua letemur.

Qui preueniſti nos in benedictionibus dulcedinis.

Sit lucerna pedibus meis verbum tuum.

Et lumen ſemitis meis.

Collecta.

Collecta.

OMnipotens, æterne deus, Dominus dominãtium, Rex regum, a quo omnis poteſtas, qui me tui populi principem conſtituiſti, ac ex ſola tua miſericordia ſedere feciſti in throno patris mei. Ego Ancilla tua ſũ exigui temporis, minor ad intellectum legis tuæ: Da obſecro mihi cor docile, vt

ſciam

ſciam quid acceptum ſit co-
rã te omni tempore, vt po-
pulũ tuñ iuſte iudicare poſ-
ſim, et diſcernere inter bonũ
& malũ, Mitte de cœlo ſpiri-
tum ſapientiæ tuæ qui me
ducat in omnibus operi-
bus meis. Senſu illius cor
meum reple, Sapientia tua
dat verã ſcientiam, et ex ore
tuo conſiliũ et intelligentia
Aſſiſtat gratia tua (quo diſ-

ponam

ponam populum tuũ hunc multum, in æquitate et iustícia) ad deputandos tuos ministros, pios, probos, ac prudentes. Illis impartire ex spiritu tuo que in tui timore (nulla accepta persona) iustitiã subministrem. Consiliarios mihi fideles da, qui ex tuo cõsilio mihi meoquę regno cõsulant. Pastores bonos, qui oues tuas sibi commissas

missas ex tuo verbo diligẽ-
ter pascãt, oẽs ministros cõ-
cede qui zelo iusticiæ suo ti-
bi fũgantur officio, vniuersũ
populũ tuũ, O mi Deus, (de-
us omnis potentiæ ac mise-
ricordiæ) spiritu tuo sanctis-
simo guberna, vt te (æternũ?) lectẽ
principem ac solum poten-
tem in sincero cultu, religio-
se colant mihi, eorũ in ter-
ris ex tua ordinatione Regi-
ne in

ne in tua obedientia, quiete subditi ſint, in mutua pace ac concordia inter ſe viuant. Concede (pijſsime pater) propter nominis tui gloriã, omnibus ordinibus huius tui regni, abũdantiam et cõtinuationem tranquillitatis tuæ, ſibi inuicem per charitatem inſeruiãt, mutuo ſe ament ac beneficijs afficiant, ſinguli in ſua vocatione ambulant

bulant, pie, iuſte, ac ſobrie,
preſim ipſa ex tuo verbo ſi=
gulis, in ſolicitudinē & dili=
gentia, infunde ſpiritum tui
Amoris, quo et ipſi mihi et
etiam inter ſe (tanq̄ mēbra
vnius corporis) quā arctiſſi=
me iungantur fac ita (Deus
omnis charitatis) vt non ſe=
ueritatis metu aut gladio,
ſed regio furore ac metu di=
uino, Regnum hoc tuū ad=
miniſtrem

ministrem. Adsis etiam sũme Deus omnium principũ gubernator et rector, p quẽ Reges Regnant, cuius omnis est fortitudo et brachiũ vbique extentum. Deus pacis ac concordiæ, qui me ancillam tuam super populũ tuum elegisti, ut tuerer in tua pace. Adsis et presis mihi spiritu tuæ sapientiæ, vt iuxta tuam voluntatẽ christianã

bulant, pie, iuste, ac sobrie, presim ipsa ex tuo verbo si-gulis, in solicitudinē & dili-gentia, infunde spiritum tui Amoris, quo et ipsi mihi et etiam inter se (tanq̃ mēbra vnius corporis) quā arctisi-me iungantur fac ita (Deus omnis charitatis) vt non se-ueritatis metu aut gladio, sed regio furore ac metu di-uino, Regnum hoc tuū ad-

ministrem

ministrem. Adsis etiam sũ=
me Deus omnium principũ
gubernator et rector, ꝑ quē
Reges Regnant, cuius om=
nis est fortitudo et brachiũ
vbique extentum. Deus pa=
cis ac concordiæ, qui me an=
cillam tuam super populũ
tuum elegisti, ut tuerer in
tua pace. Adsis et presis mi=
hi spiritu tuæ sapientiæ, vt
iuxta tuam voluntatē chri=

 stianã

ſtianam pacem cum omni-
bus populis defendam, fac
in Chriſto filio tuo (qui pax
noſtra eſt) omnes conſen-
tiamus, hoſtes tuos tua ma-
nu potentur, ac brachio ex-
celſo confūde. Ipſe nobis da
tuam pacem, quia non eſt
alius qui pugnet pro nobis,
niſi tu Deus noſter, qui ſo-
lus fortis es, cuſtodiens pa-
ctum et miſericordiam cum

ijs qui ambulant coram te in toto corde ſuo, inclina corda noſtra ad te, vt ambulemus in vniuerſis vijs tuis, ac cuſtodiamus mandata tua: Sub tuo Imperio et principes regant, et cunctus populus pareat. Vt te ſũmo rege ac ꝓtectore, tibi omnes ſeruiamus in vnitate ſpiritus ad tuam æternam gloriam. Per Ieſum Chriſtum

filium tuum, dominum nostrum, cui cum patre et spiritu sancto sit omnis honor et Imperium in omne æuũ.

Gratiarum actio pro sanitate recuperata.

OPtime maxime seruator Iesu Christe Fili Dei viui. qui in terris inter mortales versatus, depulsis omnibus morbis, condonatisque

tiſque tibi fidentium pecca-
tis, te vnicum illum cœleſtē
vereque perfectū tam ani-
marum, q̃ corporum medi-
cum eſſe mundo declaraſti:
idemque, quum tibi a vitio
verteretur, ꝙ cum homini-
bus peccatoribus conſuetu-
dinem haberes, claris verbis
teſtatus es, dicens, Non iis
qui valerent, ſed qui male
haberent, medico opus eſſe.
 En hic

En hic tibi clemētiſſime Ie-
ſu, materiā tua potentia pa-
riter atque clemētia non in-
dignam: en me ancillam tuā
quam ab ineunte vſque æ-
tate mea, immēſis atque in-
finitis beneficijs cumulaſti,
quamque a rege genitā ad
regiam dignitatem erectā,
in ſūmo inter mortales ho-
noris gradu, nullo prorſus
merito meo, tantum & gra-

tuita tua in me bonitate at-
que benignitate collocasti.
At eandem me nunc, vel vt
ne nimis ex sententia afflu-
ens rerum mundanarū suc-
cessus animum meum trās-
uersum raperet, et mihi mei
ipsius, officiiq; in te mei ob-
liuionem induceret: vel que
diuina tua liberalitate sū-
mis affecta beneficijs regina
que populi tui effecta, me
tuæ

tuæ maieſtatis ſubditā eſſe atque ancillam, nunquā ex animo, pro eo ac debui agnouerim, nunquam ſatis abvnde confeſſus fuerim: neque grata in te, vt beneficētiſſimū ſeruatorē, nec tibi vt clementiſſimo dn̄o meo ſatis obſequens extiterim: vel ob alias cauſas diuinæ tuæ ſapientiæ optime cognitas, iam inquam, nuper ancillā

tuam

tuam, vel admonendi ſala-
briter vel iuſti puniendi, at-
que ita eam corrigēdi, emē-
dādique gratia, periculoſiſ-
ſimo, adeoque letali pene
huic corpori morbo me af-
feciſti: ſed et animum pari-
ter meum multis angoribus
grauiter perculiſti: totū prę-
terea populum Anglicum,
cuius quies atque ſecuritas,
poſt te proxime, in meę An-
cillæ

cillæ tuæ incolumitate sita est, meo periculo vehementer preteruisti, attonitumq; reddidisti. Verum in iuditio tuo tamen, mitissime seruator, pro consueta tua bonitate, misericordiæ tuæ recordatus Ancillam tuam, super omnem spem opemq; humanam, a presente mortis discrimine liberans, vtroque parit, et subito grauissimoq;

morbo meo, et repẽtino in-
ſperatoq; remedio mihi per
tuam clementiam in re pla-
ne deſperata, adhibito, di-
uinam tuam potentiã cum
ineffabili miſericordia con-
iunctam, occulis hominum
oſtendiſti, atq; declaraſti.
Perfice clementiſſime ſerua-
tor, opus ſalutis ancillæ tuæ
quod miſericorditer cępiſti:
abſolue, o perfecte medice,
quam

quam clementer ſuſcepiſti curationē. Sana animā meā condonata mihi mea in te ingratitudine, mea tui obliuione, aliiſq; omnibus meis in tuam maieſtatem criminibus atque peccatis obliteratis penitus atq; deletis.
Sana mentē meam, me tua gratia cœleſti formans atq; inſtituēs, vt hunc morbum mihi a te immiſſū patienter

et ęquo animo feram. vnaq; ſana etiam corpus meum, illudq; ab omnibus prorſus morbi reliquijs, ſi ita tuæ clementiæ viſum fuerit, purum redde, atq; in integrū omnino reſtitue: vt ancilla tua, facta ipſi per te medicina, ex animi pariter et corporis morbis omnibus conualeſcat, perfectamq; vtriuſque ſanitatem tuo vnius beneficio

ficio cōſequuta, ipſa, pariter atq; vniuerſus populus detuus Anglicus, et hoc periculo edoceatur ad Maieſtati tuæ reuerētiam atq; obedientiā debitam exhibendā, et pro tanti periculi liberatione, perfectaque ſanitatis ſummo beneficio, tuam clementiam, bonitatē, benignitatem, continuis laudibus perpetuaque gratiarum actione

cione prosequatur, et cele-
bret. Qui vna cum cœlesti
patre tuo, sacroq; spiritu, v-
nus existis immortalis, im-
mensus, et gloriosus Deus,
cuius est omne imperium,
potestas, atq; maiestas in
sempiternas atq; infinitas
seculorum omnium ætates.
Amen.

Gratiarum actio pro beneficiis collatis.

ETerne Deus, rerum
oĩum conditor atq;
effector, atq; idẽ ti-
bi fidentiũ Pater clemẽtissi-
me, quum cogito quã nup
nihil omnino fuerim, sine
corpore, sine anima, sine vi-
ta, sine sensu, aut intelligẽ-
tia vlla, quumq; adhuc essẽ

quaſi lutum in manu figuli, vt pro tuo arbitratu me vel honoris vel ignominiæ vas effigeres, non me miſellã aliquam ex infima plebe puellã, quæ in paupertate atq; ſqualore vitam miſere degerem, eſſe voluiſti, ſed regiis ortam parentibus regie enutritam atq; educatam, regno deſtinaſti: varijſq; inimicorum inſidijs circumuẽ

tam atq; iactatam, tua assi-
due protectione tutatus es,
et e carcere, atq; vltimo dis-
crimine liberatam, regia in
terris dominatione, atq; ma
iestate donasti: preterea ve-
ro quum consydero multos
non e plebe solum, sed et ex
nobilitate regioq; adeo sã-
guine occulto, sed iusto iudi
tio tuo, alios corpore misere
deformatos, alios miserius

multo, ingenio omni atque intelligentia destitutos, alios longe miserime mente atq; ratione turbatos, et tantũ non insanos atq; furentes & fuisse, et hodie etiã esse, me vero corpore integram, forma bona, ingenio et sano et solido, prudentia etiã preter alias fœminas, eximia atq; prestante, literarum prætererea atq; linguarum cognitione

oneet vſu, q̄ in hoc ſexu eſſe ſolet, maiore, deniq; regijs oı̄bus, et regno dignis dotibus præditam eſſe, atq; a te gratis donatam: intelligo quantū tuæ benignitati pater clemētiſſime, prę alijs debeam, quæ de te tamē nihil prę alijs ꝓmerita ſim, quid enim promereri potui de te, priuſq̄ eſsē, quęq; eſſe cæpi, et talis eſſe, per te tuoq; gratuito

tuito munere? O qui me tā
multis, atq; tantis beneficijs
donasti, ornasti, honorasti,
largire mihi diuinam spiri-
tus tui gratiam, vt benig-
nitatis in me tuæ immensi-
tatem intelligam, te autho-
rem ingenue agnoscam, in
te grata perpetuo siem, non
de vlla dote, quasi de meo
superbiam, quæ a te omnia
acceperim, non quasi prome
ruerim

ruerim, quum omnia gratis supra meritum supra votũ, acceperim. Largire inquam, vt hanc tuam in me immensã munificentiam onus esse æque atq; honorem intelligam, teq; multa ab ijs, quibus multa tribueris, exactuꝛum esse meminerim: vt ad populi tui rectam gubernationē, regni atq; reipub. tuę salutarem administrationē,

præcipue vero, atque ſuper omnia, vt donis tuis ad tuã donorum authoris gloriam illuſtrãdam recte perpetuo vtar: cui vna cum filio tuo Ieſu Chriſto, ſeruatore noſtro, et ſancto ſpiritu, vni immortali Deo, omnis ab omnibus debetur gratitudo honor, atq; gloria, per ſempiterna ſecula. Amen.

priuatę.

Precatio pro sapientia, ad Regni administrationem.

OMnipotens Deus, ac omnium regum Rex, cœli ac terræ domine, cuius munere terreni pricipes mortalibus imperant, quũ regũ prudentissimus Solomõ ingenue fateatur, se parũ idoneũ fuisse qui regnũ administraret,

niſi tu illi opem atq; auxili-
um ferres, quãto minus ego
ancilla tua, ſexu imbellis, na
tura fœmina, ad adminiſtrã
dum hęc regna tua Angliæ,
et Hyberniæ innumerabi-
lemq; atq; bellicoſam gentẽ
gubernãdũ ſufficere, aut tãti
oneris immẽſã magnitudi-
nẽ ſuſtinere queã, niſi tu cle-
mentiſſime pater, ſicuti me
immerentẽ regno liberaliter

et preter

et preter multorum opinio-
nem donaſti, ita regnantē
tua gratia,(ſine qua vel ſapi
ētiſſimus inter filios homi-
num nihil recte cogitare po
teſt)diuinitus imbuas, atq;
adiuues. Mitte ergo o ſa-
piētiæ omnis fons inexhau-
ſte,de cœlis ſāctis tuis, & a
ſumma maieſtatis tuæ thro
no ſapientiam tuam,vt me-
cum ſemper ſit,mecū in gu-

bernãda repub. excubet, at-
q; laboret, me ancillam tuã
doceat, atque instituat, vt
queã discernere inter bonũ
& malum, æquũ et iniquũ,
vt populũ tuũ recte iudica-
re, nocentes meritis suppli-
cijs iuste afficere, innocentes
clemẽter tueri, industrios &
reipub. vtiles liberaliter fo-
uere, deniq; quod vni tibi ac
ceptum esse nouerim, id sine
vllo

vllo personarum aut rerum mundanarum respectu susscipere, exequi, perficere velim, audeam, atq; possim: vt quũ tu iustus ille iudex, qui multa magnaq; ab ijs requires, quibus multa magnaq; sunt credita, rationẽ exacta reposces, male administratę reipub. atq; regni ne rea per agar, sed si quid per humanam incogitantiam aut in-

firmitatem

firmitatē ancilla tua a recto
aberrari, id tua clemētia sũ-
me Rex, atq; idem mitissime
pater propter Iesum Chri-
stũ Filiũ tuum mihi cōdo-
net, simulq; largire, vt post
exactum mundanum hoc
regnum, tecũ cœlesti ac non
perituro regno æternũ per
fruar p eundē Iesũ Christũ
filium tuum et regni tui as-
sessorem, Dominum ac me-

diatorem

diatorem noſtrum: cui, *te-*
cum, atq; cum ſacro ſpiritu,
vni ſeculorum regi, immor-
tali inuiſibili, ſoli ſapienti
deo, ſit omnis honor et glo-
ria in ſecula ſeculorũ. Amẽ.



QVæ ſunt poteſtates a Deo ordinatę Rom. 13.

Quiſquis reſiſtet poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. ibidem.

Qui reſtiterint ſibi ipſis iudicium accipient.

Principes non ſunt terrori, bene agentibus ſed male.

Princeps dei miniſter eſt in bonum ei, qui quod bonum eſt facit.

Princeps dei miniſter eſt, vltor ad iram ei, qui quod malū eſt fecerit.

Princeps non fruſtra gladium geſtat.

Ipſe mutat tempora, et ætates, tranſfert regna atque conſtituit.

conſtituit. Dani.2.

Ab vno ſenſato inhabitatur patria, et a tribus impijs deſeretur. eccl. 16.

Rex inſipiens perdet populum ſuum. et ciuitates inhabitabuntur, per ſenſum prudentum. Eccle, 10.

Ecce oculi domini ſuper regnum peccans, & conteram illud a facie terræ, Amos. 9

Rex debet ſe habere ad ſub=
ditos , ſicut paſtor ad oues,
ariſt· Eth.8.

Nimis viles et egeni neſci=
unt principem agere, idem.
polit.4.

Oportet principem bonos
honorare et ipſum eis ho=
nores diſtribuere, ſupplicia
autem

autem distribuere non per se, sed per alios. idem. pol: 5.

Princ ps debet esse Dei cultor, quia minus timēt homines iniustum pati a principe, si dei cultorē eum pu- t nt. ibidem.

Principes ministri sunt dei ad curam et salutem hominum, vt bona quę deus illis largitur, partim distribuant, partim seruēt. Pluta: de do-

ctri. princ

Licet regi et affectu fieri philosophū, & fortuna manere principem. ibidem.

Imperium nemini conuenit, qui, quibus imperat, melior non sit. Cyr apud plut. in Apophtheg.

Ditare magis est regium quā ditescere. ibidē.

Regium est cum benefeceris, male audire. Alexan

apud

apud plutarch.ibidē.

Efficiat princeps, vt ſubditi metuant non ipſum, ſed pro ipſo: Pittac apud Tob.

Rex libros de regno ſcriptos emat ac legat, nam de quibus amici reges admonere non audent, ea in libris ſūt deſcripta, Demet.ibid.

Viris prudentibus dicendi libertatē concedat princeps, vt de quibus dubitauerint

cum

cum princepe comunicent.
Isocr:ibidē.

Verum imperij nomen mihi gerere videtur ille prin ceps,qui auro in expugnabi lis,ratione facilis captu sit. Themist.

In Rege perfecto, vt bonus sit Imperator, Iudex, et Sacerdos requiritur: Pytha.

Principes non sunt, qui sceptra ferūt, sed qui regere sciunt.

ſciunt. xenoph.lib:3.de fac & dict. Socra.

Officium eſt imperare nō regnum. Senec:epiſt:91.

Natura commenta eſt regem, quod ex aliijs animalibus licet cognoſſere:et ex apibus,quarum regi amptiſſimum cubile eſt, medioque & tutiſſimo loco. idē de clemment.

Exiſtimet

Exiſtimet rex non rēpub. ſuam eſſe, ſed ſe reipub: ibidē.

Hæc conditio principum vt quicquid faciant precipere videant. Quintil. del. 30.

Imperia male parta, male geſta, male retenta obruuntur, Liuius. 9,

Indigna res eſt, honores dare, qui gerere non poteſt. Plini: in paueg.

Regum opes ſepius aſſẽ-
tatio, quam hoſtis euertit.
Curtius, lib. 8.

Nec Imperatoris eſt, liber-
tatẽ dicendi negare, nec ſa-
cerdotis, quod ſentiat non
dicere. Amb.

Principes huius ſeculi ſũt
dei miniſtri. Anſel:

Princeps ſine literis, nauis
eſt, ſine regimine & volucris
ſine

ſine pennis. Pet: Pau:

Regi veritatem iubẽti reſiſtens, Deo reſiſtit. Aug.

Rex qui nulli fidit, inutilis eſt: nec minus qui õnibus. apud platenam.

Non eſt regio nomine dignus, qui ſuis cõmodis publica metitur, ibidem.

Principes legẽ Dei operũ ſuorum ducem habeant. Chriſoſt:

Bono viro non minori curæ est, qualis respubl. post mortē suā futura sit, q̃ qualis hodie sit: Cicero in Lelio.

Nulla reipub: administratio proderit, nisi Deus verus colatur. Aug: epist. 52.

Summus locus bene regitur, cū is qui p̄est, vitijs potius, quā fratribus dominatur. Aug: Greg: 26 mor:

Pondus regiminis aduersa

quęcꝫ deſpiciat & proſpera formidet. Grego:

In regni regimine, iuſticia & poteſtas eget æquitate. Greg.

Pręeſſe & non prodeſſe, graue, nolle prodeſſe grauius. Beruli:



Ex iustus, erigit terram suam. Prouerb: 29.

Firmatur iustitia Thronus Regis. ibidē. 25.

Iustus quasi leo confidēs, absque timore erit. 28. ibid.

Iustitia eleuat gentem. ibidem. 14.

Domus Iusti plurima fortitudo. ibidem, 3.

Diligite Iustitiã qui iudi=catis terram. Sapi, 1,

Regnum a gente in gen=tem transfertur propter et iniurias, contumelias ac di=uersos dolos. Eccle: 10.

Qui operatur iustitiã, ipse exaltabitur. ibidem 20,

Qui sequitur Iustitiam, et facit misericordiã, inueniet vitam, iustitiam et gloriam. prou. 21.

Rex non declinet in partē dexterā vel sinistrā vt longo tempore regnet ipse et filij eius. Deut,17.

In vindicandis iniurijs lex est, vt hæc tria princeps cōsideret, aut vt eū quē punit emendet, aut vt pœna eius cæteros meliores reddat, aut vt sublatis malis, cæteri securiores viuant. Senecca de

clementia.

Lachrimare plebi, regi honeste nō licet. Ennius apud Hier:

Imperator leges ferat, quas primus ipse custodiat. Amb

Iustitia regis, pax est populorū, tutamē patriæ, immunitas plebis, nominentū regentis, cura languorum, gaudiū hominum, temperies aëris, serenitas maris,

terræ

terræ foecunditas, solatium pauperũ, hæreditas filiorũ, et sibi metipsi spes futuræ beatitudinis, cip. de 12. Abus

Magistratus, Iudexq;, nec pro iustis orandus, nec pro iniustis exorandus. Cato. apud Plutarch.

Oportet leges quidem acriter statui, mitius autem, quã ipsę iubent, pænas sumere. apud Stob.

Viros tales ijs rebus p̄fice quas tu peragere nō possis, ceu ipse prestiturus sis culpā eorū quæ illi deliquerant, Isocra.

Administrans rempub. respublicas priuatas ęxistimet, priuatas vero publicas, Isocr.

Perinde periculum est, vt insanienti gladium, sic improbo viro magistratū cōmittere,

mittere. apud Stob.

Custodes legum diligẽter præuideant, primum ne fiant delicta, deinde facta pro ut ius postulat, puniantur Plato de leg: Diab:6.

Magistratus lex est loquẽs Cicero:30 de legibus.

Qui reipub. presunt legibus similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate feruntur. Cicero de

de offici,

In seueritate Iudicis sita est legum authoritas. Demost. Contu: Mid.

Iudicantes eadem mente preditos esse oportet, qua legislatores. lysias.

Nunquam decernas, audias nisi tu prius ambos. apud Plato: de Consul.
